

**Odnowienie doktoratu Profesora Janusza Skoczylasa
na Uniwersytecie im. Adama Mickiewicza w Poznaniu (patrz str. 405)**



Q.F.F.

F.Q.S.

SUMMIS AUSPICIIS SERENISSIMAE REI PUBLICAE POLONORUM
FACULTAS SCIENTIARUM GEOGRAPHICARUM ET GEOLOGICARUM
UNIVERSITATIS STUDIORUM MICKIEWICZIANAE POSNANIENSIS

BOGUMILA KANIEWSKA
SCIENTIARUM LITTERARUM PROFESSORE
H. T. UNIVERSITATIS RECTRICE MAGNIFICA

ET
GREGORIO RACHLEWICZ
SCIENTIARUM GEOGRAPHICARUM PROFESSORE
H. T. FACULTATIS SCIENTIARUM GEOGRAPHICARUM ET GEOLOGICARUM DECANO SPECTABILI
LECTURIS SALUTEM

LAUDABILIS UNIVERSITATUM STUDIORUM MOS EST UT HONORES ACADEMICI
MULTORUM ANNORUM LABORIBUS AC STUDIIS PROBATI
RENOVARI ET CONFIRMARI SOLEANT
ITAQUE CUM VIR ILLUSTRISSIMUS AC DOCTISSIMUS
PROFESSOR DOCTOR HABILITATUS

IANUSSIUS SKOCZYLAS

AMPLISSIMUM SCIENTIARUM GEOLOGICARUM DOCTORIS GRADUM
ANTE QUINQUAGINTA DUOS ANNOS IN UNIVERSITATE NOSTRA ADEPTUS
SPONSIONIS IN PROMOVENDI SOLLEMNIBUS FACTAE FIDEM EGREGIE PRAESTITISSET
NOS QUOQUE AUCTORITATE NOSTRA EIDEM VIRO CLARISSIMO

IANUSSIO SKOCZYLAS

QUI STUDIIS GEOLOGIAE IN UNIVERSITATE WRATISLAVIENSI ABSOLUTIS, DISSERTATIONE QUAE ROZWÓJ
TEKTONIKI PÓŁNOCNO-ZACHODNIEJ CZĘŚCI MONOKLINY PRZEDSUDECKIEJ INSCRIBITUR, DOCENTO DOCTORE
HABILITATO ADALBERTO GROCHOLSKI DUCE EXARATA ET DEFENSA, AD GRADUM DOCTORIS SCIENTIARUM
GEOLOGICARUM IN UNIVERSITATE STUDIORUM MICKIEWICZIANA POSNANIENSI ANNO MCMLXXIV
EST PROMOTUS;

QUI PER QUINQUAGINTA ET SUPRA ANNOS OPERA PRAECURSORUM GEOLOGIAE IN POLONIA PROMOVEBAT
EORUMQUE SUCCESSUS IN DISCIPLINAM PROGREDIENDAM CONFIRMABAT;

QUI DEMONSTRABAT INVESTIGATIONES INTER DISCIPLINAS NATURALES ET HUMANISTICAS PERAGI NECESSE ESSE,
QUOD SCIENTIA GEOLOGIAE AD SCIENTIAS SOCIALES ET HUMANISTICAS, PRAESERTIM AD ARCHAEOLOGIAM,
HISTORIAM SCIENTIAE, HISTORIAM ARTIUM ET ARCHITECTURAM ADHIBERI POSSIT;

QUI PETROARCHEOLOGIAM UT DISCIPLINAM SCIENTIARUM DISTINCTAM EXTENDEBAT ET PROPAGABAT;

QUI SUCCESSUS SCIENTIARUM GEOLOGICARUM IN POLONIA MAIORE ADEPTOS, ITA ANTIQUOS UT
CONTEMPORALES, INTER GEOLOGOS POLONICOS DIVULGABAT;

QUI MULTOS PER ANNOS CUM ARCHEOLOGIS DE UNIVERSITATE STUDIORUM MICKIEWICZIANA POSNANIENSI
COLLABORABAT ET INVESTIGATIONES GEREBAT DE FODINIS, DE EXTRACTIONE ET USU INTENTIONALI RUPIUM IN
TERRIS POLONIS TEMPORE NEOLITHICO, IN REGIONE PONTI EUXINI ET IN AEGYPTO TEMPORE ROMANO ET
GRAECO-ROMANO, AC IN POLONIA MAIORE EO TEMPORE, DUM RESPUBLICA POLONORUM FORMABATUR,
ATQUE IN MEDIO AEO ET IN AETATE RECENTI;

QUI SEPTEM NOVOS DOCTORES ET SUPRA DUCENTOS MAGISTROS EDUCAVIT ET PROMOVIT;

QUI PERMULTORUM LIBRORUM SCIENTIFICORUM SCILICET MONOGRAPHIARUM ATQUE ENCHIRIDIORUM
ACADEMICORUM AUCTOR ET COAUCTOR EST;

QUI SUIS MORIBUS ET EXEMPLO PROPRIO DOCET BENE ET BENIGNE VIVERE MAGNI PRETII ESSE

DOCTORIS SCIENTIARUM GEOLOGICARUM LAUREAM

TOT TANTISQUE VIRTUTIBUS SALUBERRIMISQUE LABORIBUS IN STUDIIS SCIENTIARUM PROMOVENDIS POSITIS
EXORNATAM HODIE SUMMO CUM OMNIUM PLAUSU RENOVAVIMUS ET VENERABILI CAPITI IMPOSUIMUS.

IN CUIUS REI FIDEM ATQUE MEMORIAM SEMPITERNAM HASCE LITTERAS SIGILLO UNIVERSITATIS NOSTRAE
MUNITAS EIDEM VIRO DOCTISSIMO LAETI GRATULANTESQUE OBTULIMUS.

DATUM POSNANIAE DIE II MENSIS MARTII ANNO MMXXVI

GREGORIUS RACHLEWICZ
H.T. DECANUS

BOGUMILA KANIEWSKA
H.T. RECTRIX